UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ Theologiæ summa continetur

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

De acolytis. F

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

Visual Library

De Acolytis. F

Iſidor. lib.7. Quarto loco ſuccedunt Acolyti, Acolyti verò
etym.cap.12. Grȩcè Latinè ceroferarij dicuntur, à deportandis
cereis, quando legẽdum eſt Euangeliũ vel ſacrifi-
cium offerẽdum. Tunc n. accenduntur luminaria,
& deportantur ab eis: nõ ad effugãdas aeris tene-
bras, cum ſol eo tẽpore rutilet, ſed ad ſignum læti-
tiæ demõſtrandum: vt ſub typo luminis corpora-
Ioan. 1. a lis, illa lux oſtẽdatur, de qua legitur, Erat lux vera,
Diſt. 25. cap. quæ illuminat omnẽ hominem venientẽ in hunc
Perlectis. mundum. Ad Acolytũ pertinet, præparatio lumi-
narium in ſacrario. Ipſe cereũ portat, ipſe vrceolũ
cũ vino & aqua ſuggeſta, pro euchariſtia, ſubdia-
conis præparat. Hi cum ordinantur, cum edocti
fuerint ab Epiſcopo, qualiter in officio ſuo agere
debeant, ab archidiacono accipiunt candelabrum
Ioan 8. b cum cereo, & vrceolũ vacuum. Hoc officium Dñs
ſe habere teſtatur dicens, Ego ſum lux mundi: qui
Exod. 27. c ſequitur me, non ambulat in tenebris. Huius offi-
Leuit. 6. b cii formam illi gerebant in veteri teſtamento, qui
lucernas candelabri cõponebant, & accendebant
igne cœleſti, ad illuminandas tenebras aquilona-
res.

De Subdiaconis. G

Iſid. cap. 12. Quintus eſt ordo Subdiaconorum. Grȩcè Hypo-
lib.7.etym. diacones vocãtur, quos nos Subdiacones dicim⁹.
Qui ideo ſic appellantur, quia ſubiacent prȩceptis
& officiis Leuitarum. Oblationes n. in tẽplo à fide-
lib. ſuſcipiunt, & Leuitis ſuperponẽdas altaribus
deferunt. Hi apud Hebræos Nathinnei vocaban-
tur, i. in humilitate ſeruiẽtes. Ad Subdiaconũ per-
tinet, calicẽ & patenam ad altare Chriſti deferre,
& Leuitis tradere, eiſq; miniſtrare. Vrceolũ quoq;
cum aqua mantile, & manutergiũ tenere Epiſc. &
presbyteris & Leuitis, pro lauãdis ante altare ma-
nib. aquam præbere. His lex continentiæ imponi-
Con. Carth. tur: quia altari propinquantes, vaſa corporis &
4. cap. 5. ſanguinis Chriſti portant. Vnde illud implere de-

bent